



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

28. Martij. Heu! quàm sordet mihi terra, dum cœlum aspicio. S. Ignat.
apud Bart. l. 4. §. 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

tant palatum, non satiant : istæ sunt , quæ solæ animam, cùm sit immortalis, exple-
re possunt.

Magna ars est scire gaudere. Lætari in rebus pessimis, res est materia lachrymarum. Ut ignis & aqua non cohærent, ita nemo carnales unà, & spirituales delicias gustare speret.

Vis nunquam esse tristis : semper bene vive. Ex hoc fonte pura promanant solas tiam, nullæ te jure affligent miserix, si vel unus gratiæ divinæ gradus consoletur.

28. Martii.

Heu! quàm sordet mihi terra, dum cælum aspicio. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 28.

AD altiora nati sumus, quàm ut infimis delectemur. Naturæ beneficio licet ad altiora aspirare, quæ os homini sublime dedit, cælumque tueri jussit, & erectos ad sidera tollere vultus, magis autem corda.

Cælum patria est, terra exilium, illud beatitudinis, hæc calamitatis ferax. Sursum proinde vota ! sursum desideria ! hanc despice, & illud suspice.

Sordeat nobis terra, sordeant omnia
ejus

ejus dona, quia bona apparent, non sunt
imò mala sunt, quia malos efficiunt, co-
lum impediunt.

Terræ solatia etiam pecoribus commu-
nia sunt, cœli gaudia nos Angelis æquan-
illa sordida, hæc pura: brevia illa, hæc
terna. Hæc proinde appetenda, illa gen-
roso pede calcanda.

29. Martii.

*Qui multum metuit homines, grande
quid pro Deo nunquam conficiet.*
Ignat. vitæ l. 4.

Qui homines respicit, facilè Deum de-
spicit: illud idolum: quid dicitur
homines? à sincero veri Dei cultu nimis
quàm multos avertit. Si hominibus pla-
cerem, Christi servus non essem.

Cùm timor ille inauspicatus aditum
mel vitio aperuerit, nihil est, quod non
persuadeat: ô perversa erga homines
verentia! quorum intuitu pudet non esse
impudentem.

Quid times homines? miseri sunt, nihil
sibi, nec tibi aut prodesse possunt, aut obesse,
invito Deo. Hunc time, qui postquam
occiderit, potest animam perdere in gehennam.